apollinaris abbas dei agit officium offero casale meum quem habeo in loco ubi
columna nominatur cum casis fundora et cum substantiis suis terre culte et
inculte cum arbusta sua silvis vineis pascuis mobilibus et immobilibus
omnia et in omnibus cum pertinentiis finibus et viis suis offero semper habendum
et possidendum in monasterio sancti benedicti ubi nec michi dachoperto nec alio
homini de suprascript casale aliquid reservavi quatinus amodo habeat et
possideat meum casalem in integrum et neque a me dachoperto neque a meis here
dibus neque a nullum hominem nullo tempore de hac mea offersione in predicto
monasterio sancti benedicti nulla inferatur molestia sed in perpetuis
temporibus hec offersio firma stabilis et inviolabilis permaneat et nullo
tempore disrumpatur aut removeatur. Quam cartulam offersionis ego da
chopertus pro salute anime mee feci et te dalpertu not scribere rogavi actu
Capua mense et indictione suprascripta feliciter. Ego dachopertus qui hanc
cartulam feci me subscripsi Ego amisso sum testis. Ego lupus sum testis.
Ego rollo sum testis. Ego laudoaldo filius lupi Ego magenolfo filius ma
nni. Ego taccolo filius petri. Ego ursus. Oblacio rodegarii de quatuor
curtibus sive in finibus cusine.

In nomine domini dei nostri salvatoris iesu xpi. Temporibus domni nostri Gri
moaldi summi principis Langobardorum gentis mense aprili indictione
tercia. Ideoque ego rodegari gastaldius filius quondam roderissi qui
sum habitator in gasanam offero in ecclesia beati benedicti montis Casini
inclitam sortem meam qui michi pertinunt in finibus cusine in integrum sive
territorio albole una cum terris cultis et incultis arboribus fructiferis et infruc
tiferis aquis silvis pascuis vineis casa clausoria una cum omnibus peculiis
omnia et in omnibus quantacumque vel quomodocumque michi pertinunt de sortione
mea in finibus cusine in integrum offerui in ecclesia beati benedicti montis Casini
pro redemptione anime mee excepto servis et ancillis qui michi pertinuerunt in
finibus cusine quod in mea reservavi potestate. Similiter offero omnem sortionem
de casis que michi pertinuerunt de eusebia coniuge mea iuxta fines camusie que
ipsa iamdicta eusebia uxor mea habuit de genitore suo nomine guarnecausi in
integrum offerui de ipsi casali sortiones iuxta fines camusie quanticumque ibidem
fuerint excepto sortionem que michi pertinunt in balomano quem in eodem monasterio
non offerui. Hec omnia qualiter superius legitur in monte Casino optuli ea ra
tione ut dum vivero in mea sit potestate ad mortem autem meam deveniat in
monasterio. Et si post mortem meam Eusebia uxor mea vixerit habeat ipsam
sortionem de casale qui michi pertinunt in vicolo quem ei dedi pro ipsi casali qui
superius dicti sunt. Quod si eusebia minime voluerit ut sortio eius in monaste
rio remaneat volo ut casale meum qui dicitur ide in integrum in monasterio re
maneat potestate. Quam cartulam offersionis te pro copi not scribere rogavi
Actum in civitate tarentina mense et indictione suprascripta feliciter. Ego qui
suprascriptus rodegari in hanc cartulam me factam subscripsi Ego benedictus
diac subscrip. Ego raderissi manu mea subscripsi. Ego eunefrid filius eunefrit
subscripsi. Preceptu romualdi ducis de fluvio lauri deusdedit abbi. 195

In nomine summi dei eterni atque filii eius domini nostri iesu xpi sanctique spiritus